**6695** fistula plumbea Antii ad portum rep. TVRR.; nuper effossa Antii VVLPI 1726.

PROSIAE · CRISPINAE

A Turre mon. vet. Antii p. 120; Vulpi Lat. vet. 3, 40 (inde Mur. 507, 2).

**6696** fistula plumbea rep. Antii, est Romae apud card. Albanum.

L VISVLLIVS ANTIATINVS FEC

Lupius qui vidit cod. Vat. 9143 f. 28.

**6697** 'in portu Antiati versantibus (circa Decembrem m. a. 1697) nuper fossoribus antiqua rudera, quae ex ruinis aedificiorum congeruntur, ut in materiam cedant pilarum ac navalis illius, quod principis providentia restituit, occurrit fragmentum marmoris pavimento splendidi operis sternendo olim adhibitum, ..... quod inter variata et nobiliora refertur ac vulgo dicimus ex flavo colore *giallo antico*...... Qua vero parte solo cohaerebat lapis, eam quidem impolitam ac rudem artifex reliquit, duplici tamen signaculo .... insignitam voluit. Nam excavato marmore ad digiti profunditatem duplex lacuna et quidem parva caelata est ad liquens plumbum excipiendum. Et in altera quidem lacuna eo metallo prius ingesto, mox adhibito nummi typo, qui caput Hadriani referret, imaginem illius principis expressit artifex .......; in alia vero lacuna liquenti pariter plumbo oppleta, ubi signaculum quadratum opifex immersit et subinde eduxit, extantes litterae redditae sunt

L · COC

Quod attinet ad imaginem Hadriani, ipsissima est quae caput eius principis exhibet in nummis maioribus ...... Litterae intra orbiculum globulis designatum de more leguntur in gyrum dispositae:

HADRIANVS AVGVSTVS

Fr. Bianchini de lapide Antiati epistola ed. 2 apud Gorium Symb. litterar. dec. 2 vol. 8 p. 38 seq.; Vulpi Lat. 3 tab. 9 n. 2.

**6698** Neptuni apud Carolum Georgium.

DIS · MANI*bus*
P · BETILIENI · EV
PASTOR · ARK*arius*

Marini cod. Vat. 9127 f. 214.

**6699** tabula parva marmorea. Antii SIRM. Hodie ibi in scalis domus Soffredini.

D M
SVRO
NVMVLARIO
AMICI
5 SVBAEDIANI
F · C · R

Recognovit Dessau. Sirmondus cod. Paris. 1419 n. 213; Lanciani *Bull. dell' Inst.* 1870 p. 15; Marucchi *Bull. della comm. municip.* 1877 p. 257; Soffredini *Anzio* 1879 p. 185.

6 sic Dessau, I·C·R· priores; significatur *f(e)c(e)r(unt)*. — De subaedianis dixit Marucchius l. c.

**6700** Antii nuper effossa e ruderibus templi Aesculapii VVLPI 1726, qui p. 66 ait prope portum Innocentianum eius aedis cellas effossas esse cum variis avibus fruticibusque in iis depictis.

D ❦ M
AEMILIA ASCLEPIAS · F ·
ASCLEPIADI · FIL · Q · V ·
ANN · XIIII · M · V · D ·
5 X · B · M · F

Vulpi Lat. 3, 70 (inde, non ex Lupio, Mur. 1126, 8).

**6701** Antii in domo Albanorum BALD. ANONYMVS MARINII. Deinde Romae apud eosdem ODER. MARIN. ROSSI.

*imago quam sustinent genii duo*

D M
CN · AMBIVI · MAECIANI
QVI · V · AN · XX · FECERVNT
FORTVNATIANVS · ET
5 PROCVLVS · FRATRI
PIENTISSIMO

*duo grypes ad tripodem*

(a sinistra: duo grypes stantes ad candelabrum; laurus, unde bacam decerpit avis; cervus quem canis insequitur — a dextra: similia anaglypha)

Descripsit Rossius. Baldanius per Gallettium misit Gorio cod. Marucell. A 77; Anonymus apud Marinium cod. Vat. 9131 f. 263; Oderici p. 214, 44 (inde Donat. 454, 4); Fea cat. p. 85; Visconti cat. p. 198.

**6702** Nettuni.

M · ANTONIO
PHILINO
CONIVGI · CARISSIMO
SIBI · POSTERISQVE
5 SVIS · FECIT

Soffredini *Anzio* 1879 p. 185.

**6703** [=6928] rep. in ruinis veteris Antii, iam Neptunii apud Caelestinum Camposanum VVLPI 1726 similiterque GALLETT. MARIN. Deinde Velitris apud Borgiam fuerit necesse est. Hodie est Neapoli in museo.

M · ANTONIO PRISC
VIXIT · ANN · VIIII
MENSIBVS VIII
RVSTIA · PRISCA
5 MATER · FILIO
PIENTISSIMO · FEC

Descripsi ego, recognovit Iulius de Petra. Vulpi Lat. 3, 48 (inde Mur. 1132, 6); Galletti cod. Vat. 7929 f. 329; Marini cod. Vat. 9127 f. 219; Fiorelli cat. n. 34.

**6704** ara marmorea. Antii in villa Costaguti, nunc Borghesiorum.

ANTONIAE · M · F
TERTVLLAE
VALERIAE
ASINIAE
5 SABINIANAE

(a sinistra: urceus — a dextra: patera)

Descripserunt Bormann, Hirschfeld, Dessau. Lanciani *Bull. dell' Inst.* 1870 p. 17.

**6705** in Antio vetere.

D · M
ARABIO · LVCIANO
QVI · ET · SARGA
VIX · AN · X · M · VIIII · D · XIX
5 FECIT · MALE · MERENTI
LVCIANVS · PATER

Suaresius cod. Vat. 9140 f. 249.
Versus continuantur.